

constringit; Seri acredinem temperat; tenuitatem incrassat; & impetum refrænat; atque ita Tussi Catarrhali, Gulæque asperitati, adæquatum præstantissimumque remedium est.

*Fotus Amaricantis* ibij.

R. Rad. Aristol. röt. ʒj. Herb. Absint vulg. sicc. Abrot. fæm. Tanaceti, Summit. Sabinæ à M.j. Helleborastri M. fs. Pulp. Cocolynt. Aloes à ʒj. f. Decoct. in Aq. #ibij ad ibij. Col. pro Fotu, ope stupharum è panno Wallico (vulgò *Flannel*) Abdominis regioni calidè usurpando.

Vermes (non inusitatum est) in latibus suis (sc. Intestinorum plicis) tam altè fē recondunt, & securè degunt, ut tum Alterantium, tum Purgantium, tela intacti prorsū effugiant. In hujusmodi casu, externa remedia (inter quæ hicce Fotus non infimum) perquam utiliter in usum adducuntur; ad illos nempē ē midis suis deturbandos; & medicamentis internis subsecutur obiciendos; quæ eos aut enecent, aut per sedem expellant.

*Fotus Anodynī* ibiv.

R. Capit. Papav. alb. (concis. & cum Seminib. contul.) Sem. Anethi à ʒij. Herb. Hyoscy. Cyngol. Solani, Fl. Chamaem. à M. ii. Coq. in Aq. #bj. ad iv. Col.

Usurpetur cum staphis laneis calidissimè intinctis, expressis, & alternatim applicatis; repetendo quoties dolores intensius urserint. Fibras corrugatas lenit; Spiritus irritatos consopit; Humores acres obtundit; Viscidos attenuat; & subsistentes circulationi reddit.

*Fotus ad Articularum Dolores.*

R. Ol. Vitriol. rectif. Spir. Vini rectif. à Cautè misce, & leni calore digere decem dics.

*Fotus Astringens.*

R. Cort. Querc. ʒij. Cort. Granat. ʒfs. Balaust. Ros. rub. à M. j. Coq. in Aq. tbiv. ad tbij. Col. adde Vini rub. Lisbon. tbs. m. Addi possumt Alumin. ʒij.

Fibras laxatas corrugat; Tonum firmat; Pores externos, & Meatus internos coarctat; Humorum affluxum prohibet, & alio repellit. Vallet in Inflammationum primo stadio, dum adhuc fiat Influxus; vel dum materia sit remeabilis; in Tumoribus Oedematosis; in Vomitum: Diarrhoea; Fluxu Mensium, vel Hæmorrhoidum, immodico; Uteri, vel Intestinorum prolapsu; & Hernia, sc. post Intestini repositionem.

*Fotus Camphorati tbj.*

R. Aceti tbj. Nitri ʒj. Camph. ʒj. Dissolve super ignem, & f. Fotus.

Pectoris regioni frigide applicatus, egregie fitit violentas narium Hæmorrhagias: Et Pubis regioni, & Testiculis, Ebrietatem arcit.

*Fotus ad Colicam tbv.*

R. Flor. Chamaem. ʒij. Bac. Junip. Lauri. à ʒj. Sal. Armon. crudi ʒfs. Coq. in Aq. tbvj. ad tbiv. sub finem addendo Sem. Fœnic. dulc. Carui, Cynimi, Anisi à ʒfs. Col. adjice Spir. Vini commun. tbj. m.

Ufui est non tantum in Cólica flatulenta, sed etiam in terribili saeviente Biliofa. Quando enim Dolor intolerandus horrendum furit; & Alvus tam obfirmat se claudit, ut nulli, ne valentissimo quidem, cedat Cathartico; hujusmodi Fotus, quasi divinum auxilium, in subsidium venire solet. Namque blandâ mucilagine Musculos Abdominis fovendo; Calorem nativum refuscitando; Flatus profligando; Constrictiones spas-

spasmodicas solvendo ; & motum Intestinorum peristalticum restituendo ; feliciter efficit , ut Purgantia exhibita munus suum rite obeant , & morbum abrumpant.

*Fotus ad Condylomata.*

B. Aq. Foenic. ibis. Croci Metall. pul. 3fs. stent infusa per diem : Subsidente jam pulvere coleatur , & adde Oi. Vitrioli q. s. ad adstringendum.

Hac misturā madjdūm linteum loco affecto ſepiis applicetur. Hec præsentāea , rādōque fallax curatio eft , inquit Rulandus.

*Fotus Discutiens.*

B. Rad. Bryon. albæ. Aristol. rot. Iridis noſtrat. Alth. a 3ij. Herb. Abrot. Absint. Artemif. Fl. Chamæm. a Mij. Bac. Lauri 3j. Sem. Cymini. Fœnugr. a 3fs. præp. coq. in Aq. #bvj. ad #biv. col.

Humores viſcidos in parte contentos , atque in tantum jam fixatos , ut Repellentium ope amoveri amplius nequeant , exagitat , dividit , attenuat , fluxiles reddit , dimovet : Porro ſpiracula cutis , cavitates fibrarum , ductusque vaſorum , aperit , detergit , trajicit ; adeoque efficit , ut materia noxia partim per inſenſibilem transpirationem exhaletur ; partimque circulan- tis ſanguinis in maſtā denuo reforbeatur.

*Fotus Diuretici #biv.*

B. Rad. Apii 3iv. Fœnic. Sem. Lini a 3ij. Herb. Parietar. Malv. Persicariæ. Fl. Chamæm. a M. ij. Coq. in Aq. #bvj. ad #biv. Col. diffol. Sal. Armon. crudi (vel ejus defectu. Sal. Prunel.) 3fs. Sa- pon. vulg. 3ij. m.

Uſurpatur cum ſuccesfu laudabili , in ſæviffi- mis Calculoſorum paroxysmis , ſummo crucia- tu & Urinæ ſuppreſſione ſtipatis. Minime vero operatur (uti vulgo creditur) quatenus conſtat,

Ingredientibus Diureticis, specificā vi expellendi dotatis ; sed quatenus partim molli fotu & amico calore mulcendo, Musculos Abdominis, & Vesicæ (propter dolorem & humorum afflūxum tensos, & rigidos) relaxat, & recreat ; partimque quatenus leniter eos subpungendo, & extimulando, ad consuetum Constrictionis munus redintegrandum provocat.

*Fotus Dysentericus.*

R. Fol. Quercūs M. x. Decoq. in operta olla cum Aceti fortis q.s pro. fomento. Quo səpiūs foveatur Anus ; vaporque calidissimus Año excipiatur.

Est sanè Experimentum Rulandi : sed in tam diro , calamitoso , & ægrè superabili Affectu , huic tam levidensi præsidio soli neutiquam fiderem : Nihilominus , cæteris non neglectis , hoc etiam utiliter adhiberi posse , non invitus concedo.

*Fotus Emmenagogi fibvj.*

R. Rad. Bryon. albæ ʒiv. Aristol. rot. ʒij. Zedoar. Bac. Lauri ʒij. Herb. Matricar. Artemis. Summit. Sabinæ , Flor. Chamaem. ʒ M. ij. Decoq. in Aq. fibvij. ad fibv. Col. adde Spir. Vivi commun. fibj. m. Pro fotu calidissimo , Abdominis & Pubis regioni adhibendo.

Partes calefacit : & confortat ; Obstructiones pituitofas excutit ; Sanguinem fæculentum attenuat ; stagnantem dimovet ; ejusque cursum Uteri vaſa versus allicit.

*Fotus Emolliens.*

R. Rad. Alth. Lil. alb. , Sem. Fœnugræci, Linii ʒij. Herb. Malvæ , Alfines , Verbaſci ʒ M. ij. Flor. Melil. Sambuci ʒ M. j. coq. in Aq. fibvj. ad fibvij. col. adde Lactis fibj. m.

Ad-

Adhibemus 1º. Ad dolores Inflammatorios alicujus partis (ubi magnum humorum afflum non metuendum habemus) Fibrillas enim spasmodicè tortas, blandè relaxat; molliter refocillat; & à rigida tensione vindicat. Insuper Cruoris, Lymphæque coagulationes liquat; quin & poros meatusque aperit, quo liberior per partem restituatur sanguinis cursus; exindeque materia congesta per venas denuò in massam resorbeatur. At verò (quod summè notandum) ubi corpus sit Plethoricum; Affluxus copiosus & rapidus; Pars excipiens nimis laxa, tonoque fracta; & Febris intense æstuosa; perperam omnino, & perniciè præscribitur; si quidem Inflammationem, & materiae aggestionem quam certissimè adaugebit.

2º. Ad Tumores duros, crudosque, qui adeò jam sunt obsfirmati, ut discuti amplius nequeant, sed ad suppurationem manifestò tendant, & perducunt certò debeat: Antequam enim Linimentis utumur, valde est conducibile fovere partem hujusmodi fotu, ut inunctiones altius penetrent; & materia impacta citius, & facilius subigatur.

*Fotus ad Gangrenam.*

℞. Rad. Aristol. rot. ʒiv. Gent. Angel. a ʒij. Pyreth. Serp. Virgin. a ʒj. Fol. Heder. arbor. Herb. Salv. Rorifmar. Lavend. Thymi, Hyper. Absint. vulg. Centaur. min. (vel Card. bened. Scordon. Scord. Abrot. Rutæ, Beton. Chamædr. Chamæpit. Fl. Chamæm.) a M. j. Bac. Junip. Lauri, fruct. Lupin. Sem. Sinap. (sùb finem coctionis additi) a ʒij. f. decoct. in Lixivii fort. tibx. ad tibvj. col. adde Spir. Vini tibj. Ol. Terebinthi. ʒfs. m. & ferventissimè usurpetur.

Malignitati, & Putredini (sexagesimo illis parentibus) fortiter resistit; Concretiones grumosas,

fas, viscidasque dissolvit; Calorem nativum resuscitat; Fibram, Vasorumque ductus aperit, & dilatat; proinde ut Spirituum & Sanguinis incuribus magis pateant; exindeque Nutritiō nem, & Vitalitatem (ferē jam abolitas) parti restituit.

*Fotus ad Hæmorrhoidum dolorem ibid.*

R. Rad. Cepar. 3ij. Sem. Lini 3j. Herb. Hyoscy. Verbasci, Linariae, Millefol. a M. ij. Coq. in Aq. fibvj. ad fibv. Col. dissol. Opii 3ij. m. Adhibetur tepide.

Valorum tensionem crudelem relaxat; Doloris acrimoniam obtundit; Fæculentias viscidas, & grumosas (obstructionem figentes, tumoremque excitantes) liquat, & discutit: Sanguisque inundationem repellit.

*Fotus ad Hæmorrhoidum fluxum immodicum ibid.*

R. Herb. Verbasci, Millefol. Plantag. Fol. Sambuci a M. iv. Cort. Granat. 3j. Decoq. in Aq. & Vini rub. astringentis a fibvij. ad tertiae partis consumptionem. Col. dissol. Aluminis 3fs. Sacch. Saturni 3ij. m.

Non solum in hoc Affectu, sed etiam in immoderata Mensium profusione, Diarrœa, & Inflammationum initio valde prodest; mirifice enim astringit, & repellit.

*Fotus Hederaceus.*

R. Fol. Hederæ arbor. Herb. Absint. Abrot. Flor. Chamæm. a Miv. coq. in Lixiv. fort. fibxij. ad fibvij. col. dissol. Sal. Armon. crudi 3j. Sapon. vulg. 3ij. m.

Hydropicis, & Tumore Oedematoso laborantibus, adjumento est: In hisce enim Affectibus, cum habitus partis affectæ, non tantum illu-

Iuvie aquosâ (in gelatinam ferè facecente) adeò impletur, ut nihil evaporare possit; sed & partes externæ (propter sanguinis impulsum ad eas inhibitum) frigescunt: hujusmodi Fomenta Aquas istas gelatinosas liquefaciunt; stagnantes commovent; & indē dissipant; quin & sanguinem (vias aperiendo) in partes eas (undē exulārant) denuò accient, & Tonum fractum resarcunt & firmant. Hæc autem omnia præcisè de Anasarca intelligenda velim. Sed in Ascite, ubi plerumque (ut ego opinatus sum) Lymphæductus disruptio in Morbi causa est, Fotus semper male audiunt: quippe Lympham liquando, ductuumque ora recludendo, majorem affluxum, atque identidem Tumoris incrementum certissimè concitatibunt; quod notâsse operæ pretium esse duxi.

*Fotus ad Herniam.*

R. Sterc. Ovil. q. v. coq. in Lact. Vacc. q. f. & col.

Hic Fotus est perquām commodus, quandō Intestinum flatu distentum, aut induratis facibus infarctum vix reduci potest. Fidem facio, me aliquoties isto fotu (cūm res videretur in præcipiti esse) prolapsa Intestina reposuisse, anteā tentatis aliis, inquit Etmullerus.

*Fotus ad Inflammationes fibiv.*

R. Rad. Alth. Lil. alb. à ſiſ. Herb. Malvæ, Verbaſci, Hyofcy. Flor. Sambuci, Chamæm. Melil. à M. j. Sem. Lini, Fænugr. à ſvj. Decoq. in Aq. fibvj. ad fibvj. Col.

Emolliens, & Anodynus est. Proximè subsequenti viribus æquivalet; niſi quod non tam fortiter diſcutiat.

*Fotus Lateralis* fibiv.

R. Rad. Alth. Capit. Papav. albi (sciss. & cum Semin. contus.) à ȝij. Sem. Lini, Fœnugr. Cymini, Bac. Lauri à ȝj. Herb. Malvæ, Matricar. à M. ij. Fl. Chamæm. M. ij. Coq. in Aq. fibvij. ad iv. Col.

Emollit, discutit, Dolores sedat. In spuria, externa, pituitosa, vel flatulenta Pleuritide, ubi Inflammatio non adeat magna, multum opis præstare certum est: Fibrillas enim rigidè tensas relaxat; Spiritus dolorificè agitatos consoftit; Pituitam attenuat; Flatus discutit; & materiam nocivam aggestam partim Circulationi reddit; partimque per Diaphoresin foras eliminat. In vera autem, interna, furenti Pleuritide, cruento sputo & magno ferocientis sanguinis affluxu, stipata, hujusmodi Fotus plus nocumenti, quam emolumenti, folet afferre: quippe Affluxum & Inflammationem adauget.

*Fotus ad Morsum Venenatum.*

R. Rad. Allii ȝiv. Gent. ȝij. Angel. Zedoar. Serpent. Virg. Bac. Lauri à ȝis. Herb. Rutæ M. viii. decoq. in Cerevis. generosæ fibvj. ad fibv. col. diſol. Theriacæ Androm. ȝj. m.

Scarificationibus, debitisque aliis non neglegentis, necessarii usus est hujusmodi fotus, calidissimè & quamprimum adhibendus. Sanguinis enim syderatis coagula dissolvit; Spiritus fere enecatos exsuscitat; Calorem partis naturalem foveat: Carnis putrefactionem prohibet; Venenati miasmatis ferociam domat; Virulentamque materiam foras educit.

*Fotus Ophthalmicus.*

R. Capit. Papav. alb. concis. & cum Seminib. con-

## F O

141

contus. 3ij. Coq. in Aq. font. 1bij. ad 1bj. Col. ad-  
de Troch. alb. Rhaf. pulv. 3js. m.

Addi potest pro re nata Alumen.

### *Fotus Pacifici fibiv.*

R. Fol. Vitis, Salicis. Herb. Laetucæ à M. ii.  
Flor. Nymph. Ros. rub. à M. j. Capit. Papav. alb.  
(cum Sem.) 3ij. Coq. in Aq. 1bvij. ad medias.  
Col. dissol. Opii 3ij. Cum Spongia tepidè usur-  
petur ad Frontem, Tempora, totum Caput,  
& Pedes.

In usum duci meretur, ubi non omnino tu-  
tum foret Hypnotica per os exhibere; in Febri-  
bus scilicet impetuose æftuantibus, cum Capi-  
tis fervore, & Dolore pulsatili, Vigiliis perti-  
nacibus, & Delirii metu: Molli enim mulci-  
mine, blando calore, & humiditate leni, suc-  
cos acres, & bullientes, humectat, mitigat,  
compescit; nec non per Diaphoresin, aut Cir-  
culationem, è Capite derivat: Spiritus lacef-  
tos in quietem disponit; Somnumque placidum  
allicit. In Febribus verò malignæ profapiæ, ubi  
Spiritus à veneno oppressi, & titubantes, ægrè  
se compositis ordinibus sustinere sufficiunt; &  
vel Torpori vel Convulsionibus succumbere pe-  
riclitantur, & fere perimuntur; cane pejus &  
anguè vitandum esse moneo.

Heurnius (Meth. Lib. 2. Cap. 7.) parat Spon-  
giam somniferam, quam vide.

### *Fotus Podagrici fibiv.*

R. Herb. Chamaepit. Abrot. à M. iv. Coq. in  
Aq. 1bvj. ad 1bj. Col. dissol. Sal. Tart. Sal. Armon.  
à 3ij. m.

Tonum partis conservat, & roboret; Spi-  
rituum (in fibrillis scatentium) irritationem, tive  
excandescientiam, compescit; Sales Arthriticos  
aut

aut amplectendo foras educit ; aut præcipitan-  
do, ab effervescentiis dolorificis supprimit. Mi-  
nimè interim repellit : Repellentia enim in hoc  
Affectu sunt, nonnunquam longè pericolosissi-  
ma ; in quantum materiam morbificam ad Ven-  
triculum, vel Cerebrum, adigere possint.

*Fotus Psoritus.*

R. Rad. Oxylap. Enulae à ʒij. Sigil. Solom.  
Bryon. albæ , à ʒj. Herb. Digital. Fumar. Abröt.  
Fl. Ros. rub. à M. ij. Herb. Nicot. Virgin. ficc.  
Cort. Granat. Alum. à ʒfs. Nitri ʒj. f. decoct. in  
Aq. #viii. ad #vj. col.

Post celebratas inunctiones (fermento nempe  
Psorico jam extinto) in usum præcipue acci-  
tur : scilicet ad succum Cutis glandulosum in  
debitam crasis restituendum ; & ne Ichor impur-  
us denuò in mineras istas glandulares è sanguine  
repurgaret, prohibendum ; Denique ad Cu-  
tim ipsam à fôrdibus, tam ab Unguentis, quam  
à mórbo contractis, repurgandum.

*Fotus Repellens.*

R. Aq. ferrata #vij. Alum. ʒj. coq. & despuma.

Incudit, quoad vires, cum Fotu suprà scripto  
Astringenti, quem vide : Atque insuper, valde  
estimatur quibusdam Chirurgis, qui eo utun-  
tur pro Collutione ; & experiuntur magparum  
esse virtutum, in Ulceribus ichorosis, humidis,  
& fôrdidis, repurgandis, ficcanis, & sanan-  
dis.

*Fotus Roborans.*

R. Sal. Tart. ʒfs. Lig. Sassafr. Guajaci à ʒj. Coq.  
in Aq. font. #iv. ad iij. Col. adde Serpilli, Ma-  
jor. Rorifman. Lavend. à M. j. Sem. Sinap. ʒfs.  
Nuc. Mosch. Mac. à ʒfs. Garyoph. ʒj. Infunde  
in vase clauso, & loco calido, duas horas. Co-  
la.

laturæ (usus tempore in vase duplice calefactæ)  
adde Spir. Armon. qu. videbitur.

Ad Caput, & Membra quælibet, à causa fri-  
gida dolentia ; vel imbecillia reddita. Post hu-  
jus usum Pannus Linimento Cephalico illitus,  
& Thuriis fumo suffitus, parti applicetur.

*Fotus Sambucini* t̄bij.

R. Fol. (vel tempore hyberno, Cort. inter.)  
Sambuci M. iv. Coq. in Aq. t̄bij. ad t̄bij. Col. dif-  
sol. Sapon. vulg. ʒij. m.

Maximæ est efficacæ, & specificæ virtutis  
ad Erysipelas; illud enim potentissimè refrænat,  
& subigit. Ubi verò cuticula eroditur, vix in  
usum adduci potest, propter dolorem quem ex-  
citabit summè acrem, & ægrè ferendum.

*Fotus Scorbutici* t̄bij.

R. Herb. Chamæpit. Hyoscy. à M. ij. Cort.  
Winter. ʒss. Rad. Raph. sylv. & Lumbric. terrest.  
(sub finem addit.) à ʒij. Coq. in Aq. Calc. t̄bij.  
ad t̄bij. Col. adde Sp. Cochl. ʒij. Opii ʒij. m.

In Doloribus fixis Scorbuticis plurimum po-  
test : siquidem Tonum partis conservat; Spi-  
ritus lacesitos consopit ; Salium spicula diffin-  
git; Ichoremque acrem, per effluvia, aut fudo-  
res, evaporare cogit.

*Fotus Spirituosus.*

R. Aq. Regin. Hungar. ʒvj. Spir. Lavend. comp.  
Cochl. à ʒis. Sp. Sal. Armon. ʒij. Camph. Əv. Ol.  
Tereb. gut. 8o. m. Digerantur.

Attenuat, discutit, calefacit, roborat. Valet  
adversus Affectiones (præsertim partium mem-  
branofarum) ab Obstructione pituitosa, Tono  
laxato, aut Fibrillarum tensione, ortas. Lauda-  
bilis est usus in Paralysi, Doloribus Articulo-  
rum; sicut etiam in Colica, & Iliaca Passione.

*Fotus Spleneticus.*

R. Fol. Nicotiana sicc. ʒj. f. Infus. calida duas horas in Aq. #biv. Col. frig. dissol. Gum. Ammon. ʒfs. Foveatur Lienis regio stuphis laneis huic col. calid. intinctis, & expressis.

*Fotus Stomachici* ibij.

R. Vini rub. #bj. Spir. Vini commun. Aceti Vini à #fs. Absinth. Menth. à Mfs. Rad. Biftortæ ʒfs. Cort. Granat. ʒjj. Garyoph. Mac. Nuc. Mosc. Cinnam. à ʒj. Ther. Ven. ʒfs. Macerentur clause in Baln. Mar. duas horas; & colatura usurpetur ferventissima.

Nobile hoc est planè remedium, eximiè confortans, calefaciens, & corroborans; atque usurpari benè potest, ad Stomachi Flacciditatem, Frigus, Dolorem, Flatus, Nauseam, Vomitum, Appetitum prostratum, Coctionem læsam; Porro etiam ad Diarrœam, Hypercatharfin, & Dysenteriam.

*Fotus ad Tympanitum* #bj.

R. Nitri ʒjj. Sal. Armon. ʒj. Spir. Vini tenuioris, multo phlegmate imbuti ibij. m. & disolve in vitro.

Pannus laneus huic tepidè intinctus, super totum Abdomen applicetur, & subinde mutetur, denuò intingendo: fiat bis in die per horæ semis: dein applicetur Cataplasmā ex Fimo Vaccino; & Pulv. Stercoris Canini.

*Frontalis* ʒjj.

R. Pul. Mastiches, Thuris à ʒjj. Crete, Farinæ Fabar. à ʒfs. Alb. óv. conquas. Ol. Ros. à ʒvj. Aceti q. f. m. in Emplastrī formam.

Adhibetur in Affectionibus Oculorum Rheumaticis; idque tum Præservationis; tum Curationis ergo: strictim enim adhærendo, carneosque tubulos

tubulos firmiter comprimendo & constringendo, humorum desfluxum inhibet. Namque sciendum est, partes circa Oculos ita & fabrica & situ constitui; ut quicquid humoris, aut ē Pericranio, aut Musculis vicinis, depluit, recipere aptae sint. Imo (quod mirum, sed) non iustitatum est, ex Capitis contusione lituram lividam sub oculis refidere, & figi.

*Gargarism. Anginoſi fibj.*

R. Herb. Aquileg. M. ij. Cort. inter. Ulmi 3j. Fung. Samb. Glycyrr. Alb. Canis a 3js. Coq. in Aq. fibjs. Col. 3xxvj. diffol. Sal. Armon. 3ij. Syr. ē Rubo Idao, Mel. Ros. a 3ij. m.

Gutturis Musculos inflammatos, ad crepatu-ram ferē turgidos, arefactos, & combustos, humectat, fovet, & emollit: Glandulas, Ductusque Salivales, extūs mucagine obductos, detergit; intusque phlegmate infarctos aperit. Ubi verò multū peccat Pituita viscida, & Glandulae magis quam Musculi laborant, ad potentius attenuantia, & eduentia pervenire oportet.

*Garg. Communis fibj.*

R. Aq. Plant. 3x. Aq. Ros. rub. 3iij. Syr. Moror. 3ij. Mel. Ros. 3j. Ol. Vitrioli q.s. ad aptam aciditatem m.

In Febribus, ad Os eluendum, mundandum, refrigerandum; Sitimque fallendam.

*Garg. Detergentis, fibj.*

R. Succi-Pomorum Agrestium 3xij. Syr. ē Ru-  
bo Idao 3iv. m.

Viscositatem crassam, & amurcam folidam, Linguae & Faucibus adhaerentem, detergit: Oris & Gulae ariditatem humectat, & Fervorem refrigerat: Saliva falsedinem & acorem corrigit; Sitimque extinguit. Quoties verò Af-